TRACTATVS DE ATTENTATIS ET INNOVATIS

Lite, & Appellatione pendente, & in aliis caſibus, qui pagina quinta diſtinctè indicantur.

ROBERTO LANCELLOTTO I.C. PERVSINO AVTHORE.

NOVISSIME HAC EDITIONE AB EODEM Authore recognitus, & quamplurimis additionibus ſuis locis inſertis ſigno manus aſteriſcoque notatis, locupletatus, nunc denuò ad communem vtilitatem in lucem, omnibus in foro verſantibus ſumme vtilis ac neceſſarius, in Germania prodit.

CVM INDICE RERVM, AC VERBORVM LOCVPLETISSIMO.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA - SALAMANCA

Cum Gratia & Priuilegio Cæſareæ Maieſtatis ad decennium.

FRANCOFVRTI AD MOENVM,

Ex Officina Typographica Matthæi Beckeri, ſumptibus Iohannis Theobaldi Schönvvetteri.

ANNO M. DC.

23

REVERENDISSIMO ET ILLVSTRISSIMO D. D. VVOLFFGANGO, PRINCIPI ELECTORI, ARCHIEPISCOPO MOGVNTINO, ET SACRI ROMANI IMPERII PER GERMANIAM ARCHICANCELLARIO, DOMINO SVO CLEMENTISSIMO:

D. ROBERTI LANCELLOTTI I.C. PERVSINI TRACTATVM DOCTVM ET ENVCLEATVM, DE ATTENTATIS ET INNOVATIS LITE ET APPELLATIONE PENDENTE, AC IN GERMANIA iam primum recuſum

Dicat & Conſecrat

Iohannes Theobaldus Schönvvetter Moguntinus, Ciuis & Bibliopola Francofurtenſis.

TRACTATVS DE ATTENTATIS ET INNOVATIS Primæ Partis.

PRÆFATIO.

SVMMARIVM.

1 Remedium attentatorum dicitur æquum, & iuſtum, &
2 Vtile, ac facile, &
3 Priuilegiatum magis, quam remedium ſpolij.
4 Attentatum diuerſimodè accipitur, quandoque pro conatu, & nixu ad aliquem actum faciendum, & pro ſillè facere.
5 Quandoque pro impetu ad inſidiandum pudicitiæ alicuius.
6 * Quandoque pro aggrauare, ſeu moleſtare.
7 * Quandoque pro præſumere.
8 Quandoque pro eo, quod fit lite, vel appellatione pendente in contemptum Iudicis, & præiudicium partis.
9 Attentati vox antiquis Iureconſultis incognita.
10 Innouare quoque & innouatum diuerſimodè accipitur.
11 Quandoque innouare, id eſt, renouare.
12 Quandóque innouare, id eſt, non nouare.
13 Quandoque innouare, id eſt, nouum ius impetrare.
14 Quandoque innouare, id eſt, beneficium impetrare.
15 * Quandoque innouare, id eſt, rei ſtatum mutare.
16 * Quandoque ad nouum eſſe reducere.
17 Quandoque pro actu facto lite, ſeu appellatione pendente, vt dictum eſt de attentato.
18 * Attentatum quid ſecundum Manfredum, & quid ſecundum Hercul. ibidem.
19 * Diffinitiones Manfredi, & Hercul. exploſæ.
20 Attentatum quid ſit, & eius diffinitio ſeu manis deſcriptio.
21 Alienatio facta lite pendente dicitur attentata.
22 Sic præſentatio à patronis facta.
23 Similiter, & alia collationis.
24 * Innouata præſupponunt contemptum.
25 * Lis deſignat ius in iudicium deductum.
26 * Cauſa, quando res, vel actio in iudicium eſt deducta.
* Cauſa largè ſumpta, ad actus ante litem conteſtatam referri poteſt. ibidem.
* Propriè pro eo quod in iudicio proponitur. ibid.
27 * Quæſtio, verbum, prolatum à lege, quomodo verificetur & quomodo quando profertur ab homine.
28 * Quæſtio, verbum propriè ſumptum, denotat litem non deciſam.
29 * Quæſtio quid.
30 * Moleſtia tam ad iudiciales actus, quam ad extraiudiciales adaptetur.
* Moleſtia quando fieri dicatur. ibid.
31 * Moleſtia nomē generale, tam in Iudicio, quam extra Iudicium.
32 * Controuerſia quando eſſe ſoleat.
33 * Et quando fieri dicatur.
34 Querela quando dicatur.
35 * Diſcordia dicitur etiam ante litem conteſtatam.
36 Pendentia controuerſiæ extraiudicialis regulariter non inducit vitium attentatorum.
37 Quid de pendentia compromiſſi?
38 Lite finita non dicitur attentari.
39 Iudex ſi poſt appellationem, aut inhibitionem procedat, regulariter attentat.
40 Tertius regulariter non dicitur attentare.
41 Niſi habeat cauſam à parte.
42 Attentata dicuntur eſſe, quando fiunt in contemptum Iuriſdictionis.
43 * Cōtemptus deducitur, ſi ſciens, prohibitioni ſuperioris non pareat.
44 Et attentata etiam dicuntur quando quædam fiunt in præiudicium partis.
45 Reuocatio in attentatis fit officio Iudicis mercenario, quando ad inſtantiam partis.
46 Nobile quando abſque partis inſtantia.
47 In ſpolio autem dicitur fieri iure actionis.
48 Contemnens Iudicem, illius maieſtatem lædit.
49 Maieſtas Iudicis in honore conſiſtit.
50 Attentata regulariter ſunt ante omnia reuocanda.
51 Attentata an ſint ipſo iure nulla, remiſſiuè.
52 Attentatum quotuplex ſit, & ſecundum Doctor.
53 Aliud eſt quod fit à Iudice, aliud quod fit à parte.
54 Aliud licitum, aliud illicitum.
55 Aliud reuocabile, aliud irreuocabile.
56 Verè tamen Decem & ſeptem ſunt attentatorum genera, prout totidem poſſunt attentatorum cauſæ conſiderari, de quibus hic remiſſiuè.
57 Actus, qui ob ſolam appellationis pendentiam non eſſet attentatus (ſi emanauit inhibitio) tranſit in attentatum.
58 Iudex datus cum clauſula appellatione remota, poteſt regulariter appellatione pendente ſuā ſententiam exequi.
59 Niſi ſit inhibitus.
60 Attentata, quo iure fuerint inuenta, quatuor referuntur opi. de quibus infra num. 68. 72. 77. & 80.
61 Nullitas quo iure inuenta, remiſſiuè.
62 Clauſula ſola facti veritate inſpecta, reducit cauſam ad ius gentium.

289 * Vigeſimaquarta ſit pœna, † vt attentans non
poſſit ad ſui fauorem allegare nullitatem actus,
per eum attentati, tum quia non debet gaudere
legis beneficio qui legem offendit, vt comproba-
uimus in *ſimili, ſupra, c. 24. q. 25. num. 44.*

290 * Sic & † allegantis turpitudinem ſuam, non da-
tur beneficium eſt *288. Diuerſ. in 3. part. libr. 3. A. Augu.
deciſ. 1272. incipien. Proſper in Toletano*, Tum quia in-
ducta in odia reſultarent in fauorem, contra not.
in l. quod fauore, ff. de legib. Poſſet tamen colliti-
gans, qui licet dum litigabatur videretur impu-
291 gnaſſe litem contradicendo, tamen † poteſt ſe in
lite fundare ad docendum de nullitate actorum,
vt diximus ſupra, *cap. 4. Ampliat. 3.* quia attentata
lite pendente dicuntur ipſo iure nulla, *vt ſupra d. c.*
292 *4. Ampliat. 8.* & † annullatio actus dicitur pœna,
quando non agitur de fauore Eccleſiæ. *Diuerſ. de-
ciſ. 57 num. lib. primo.*

293 * Vigeſimaquinta pœna eſt, quod † Attentans
qui cepto Iudicio trahit Reum ad alium Iudicem,
& ſic lite pendente attentata vt perdat cauſam, *vt
per Borgnin. deciſ. Fiuizzo. prima. num. 14. & ſeqq.*

294 * Vigeſimaſexta pœna conſiderari poteſt, †
quod attentans perdat ſubminiſtrationem ali-
mentorum *de quo vide aliquid in c. 32. de proficuis litis
pendentia effectibus fol. originali 77.*

295 * Vigeſimaſeptima pœna conſiderari poteſt, †
ex eo, quod Bald. *in leg. executorem, column. 2. C. de exe-
cut. rei iudic. vt dixit Firman. in Repert. in ver. Poſſeſſio ſi-
cta. verſ. vltimo*, quod poſſeſſio capta lite pendente
præſumitur ſimulata, quod ſimulatio hoc caſu
poſſit dici pœna.

* Vigeſimaoctaua, & vltima pœna poteſt † ad- 296
di, inducta contra eos, qui faciunt pactũ de quota
litis, quia illud fieri prohibetur lite pendente, *vt
per Specu. ti. de Salario § ſequitur de Aduocato, nu. 1.*

Ex quibus omnibus, cum appareant (quoad melius per me licuit) explicata ea omnia, quæ materiam attentatorum, & innouatorum reſpiciebant, reliquum nunc eſt, vt poſt tot annorum vigilias, ac labores pro perfecti operis complemento, ſi quid in eo fuerit dictum, quod lectoribus aliquid afferre valeat vtilitatis Sanctæ in primis, & indiuiduæ Trinitati, gratias agam. At contra, ſi qua (quod facile eſt futurum) minus vtiliter dicta, & minus apte collocata reperiantur, propriã in eis imbecillitatis, & tenuitatis meæ culpam agnoſcere non erubeſco: In cæteris præſens opus, & meipſum Doctorum virorum correctioni in omnibus, & per omnia ex nũc ſubiicio, & ſubmitto, quorum ſenſum me ſemper in omnib. voluiſſe, & in futurum amplecti ſemper velle profiteor, Deo Optimo Maximo annuente, cui laus, honor, gloria, & benedictio ſit ſemper in ſecula.

FINIS.

FRANCOFVRTI AD MOENVM,
Ex Officina Typographica Matthæi Beckeri,
ſumptibus Iohannis Theobaldi Schönvvetteri.
ANNO M. DC.